



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

69. Mors Wilichij. Ejus laus. Surrogatur Pleurenus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

ceps dixit & locum, vicinam Monasterio
Wolbecam.

Sub hæc Batavi expediverant Tubicinem, *Tubicen*
qui proximiori conformem Decreto, Reip. *Batavus*
epistolam, ad Monasterienses perferret. Jam *remitti-*
tum advenerat is Coesfeldiam; sed Prin-
cipis injectâ dies aliquot remorâ, dum Ha-
gam remittit, eodem commodè usus est,
quocum felix anni auspiciam Reip. preca-
tus, simul ac Monasteriensium postulata si-
gnificârit, ac prætereâ superfluum esse,
istiusmodi post hac expedire Tabellarios, aut
involvere se rebus, quæ non eò pertinerent.

Helmio & Wichartio regressis Monaste-
rium, quâ cingendus esset ovali ex merito *69.*
coronâ *Wilichius* in horas expectabatur. *Mors*
At præmatura mors expectationem frustra- *Wili-*
ta est. Nam cum lentâ diu tabe conflicta- *chij.*
tus, exhaustus tandem, pridie Idus Janua-
rias, ipsis in Castris, & honoris thalamo,
diem extremum clausit. Heros erat ex illu- *Ejus*
stri & avitâ stirpe Baronum istius gentis per *luns.*
Cliviam, vicinâsq; ditiones famosæ; in Mar-
tis scholâ sub præceptoribus *Auriaco &*
Melandro educatus. Pridem Chiliarchus;
à *Christophoro Bernardo* frequenter ad
Batavos & aliò Ablegatus; dein Generalis
Vigiliarum Magister, ac militiæ Præses crea-
tus est. Muniis istis semper præclare fun-
ctus; tam constanter gratus Principi, quam
militibus charus fuit, qui continuè ceu Pa-

1661.

514 CHRISTOPH. BERNARD.

trem colebant. Vir ad cæteras virtutes beneficus & prudens, militiam non virtutibus minus, quam ratione gubernabat. Nil dixisset præter orthodoxam Religionem esse fuisse. Magno luctu obitum prosequuti suspendiarij omnes. Funus in æde arcis *Dierfurti* propè *Wesaliam* Atavorum sepulchris illatum.

Surrogatur
Pleurenus.

Defuncto in supremâ Belli Præfecturâ suffectus *Oswaldus Pleurenus* expertus virtutis miles. Cujus operam fidemque in expeditionibus quondam Gallo-Belgicis non semel probavit *Leopoldus* Archidux. Is in invictâ Urbe *Gelriâ*, cui ceu Vicarius præerat, à Principe nunc evocatus propriam Calendarum Februarij Castrorum & militiæ *Monasteriensis* curam suscepit.

70.
Monasterium
status
Principis.

Monasteriensibus intereâ *Wolbecam* primùm, indè *Coesfeldiam* ultrò citroque multùm comitantibus, instat, urgetque Princeps, ut tractatum finem faciant, & quas indulsit condiciones haud gravatim amplectantur, adeò quidem, ut si clementiæ suæ, pacisque cupientes sint, haud presumant redire, nisi Senatûs, Populiq; consensu acceptas probent. In via erant *Justus Maximilianus Comes Bronckhorstii Gronseldius* & *Friquetius Augusti* ad *Batavos* Abligatus. His Imperator in man-

Logatio
Cæsarea.

datis dederat, ut ipsi cum Principe *Monasterienses* componerent, Cæsaris auctoritate.